



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XLIX. Iudicio ecclesiae potest quis poena pecuniaria mulctari, &  
quaestionibus subiici duris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179.

sto filius noster illustris rex Sicilia, tibi & aliis personis ecclesiasticis, quæ pontificali supereminet dignitate, commisit puniendos: quid de Sarracenis agendum sit, qui fuerint in nefario scelere intercepti, nos duxit prudentia tua consulendos. Super quo utique tuæ consultationi taliter respondemus, quod si tales in tua iurisdictione sint vel fuerint postmodum intercepti, pecuniaria poteris eos pœna mulctare, & etiam flagellis afficere: ea tamen moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero fuerint ita super hoc graues Sarracenorum excessus, quod mortem vel truncationem membrorum debeant sustinere, vindictam ipsam reserues regiæ potestati.

CAP. XLIX.

De illo autem qui se vxorem fratris sui, antequam ei matrimonio iungeretur, cognouisse proponit, hoc tuæ prudentiæ respondemus, quod nisi fuerit publicum & notorium, aut idoneis testibus approbatum, ipsum prius prædictam mulierem carnaliter cognouisse, prædictum matrimonium occasione illa dirimi non permittas.

Super eo vero, quod asseris Sarracenum quemdam de muliere quadam Christiana, quam quatuordecim annos tenuerat, filios suscepisse: discretioni tuæ duximus respondendum, quod tam Sarracenus quam mulier pro tanto excessu graui sunt animaduersione plectendi.

CAP. L. *Lucius tertius \* Curenſi episcopo, in registro.*

Ex tuarum literarum continentia intelleximus, quod cum H. presbyterum, quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum consilio, in episcopatu tuo a sacerdotali officio suspendisses: prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgauisse, & episcopum suis illum literis absoluisse. Scholares etiam qui homicidium, instigante diabolo, perpetrauerant, \* immunes ipsos a crimine, tactis sacrosanctis euangeliis, affirmauerunt. Quia vero cum peregrina iudicia a sacris Canonibus sint inhibita, purgationem quam præstitit non sufficere putantes: fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si accu-

\* f. im-  
mune  
ipsum